que non auferetur ab eo. Quod si regu-
lam ab omnibus qui eam professi sunt
sic ad litteram [illegible] dam censes. ut
nullam omnino dispensationem
admittere patiaris. audacter dico. nec
tu eam nec ille tenetis. Nam si ille
quantum quidem pertinet ad observa-
tiones corporeas in pluribus offendit.
impossibile est tamen te quoque vel in u-
no non transgredi. Scis autem quia qui-
[illegible] offendit [illegible] omnium est reus.
[illegible] concedis aliqua posse mu-
[illegible] dispensatione [illegible]
tu illam tenes et ille quamquam dissi-
militer. Nam tu quidem districtius.
at ille fortassis discretius. Neque hoc di-
co quia hec exteriora negligenda sint.
aut qui se illis non exercuerit mox
ideo spiritualis efficiatur. cum potius
spiritualia quamquam meliora [illegible]
aut vix aut nullatenus vel acqui-
rantur vel optineantur. sicut scriptum
est. Non prius quod spirituale. sed quod anima-
le. deinde quod spirituale. Sicut nec ia-
cob nisi prius cognita lya. desidera-
tos amplexus rachel meruit optine[re].
Unde et illud in psalmo. Sumite psal-

te. Sumite spiritualia. sed prius date
corporalia. Optimus autem ille. qui di-
screte et congrue et hec operatur et illa.
Iam si ut epistola
remaneat. epistola finienda erat. quan-
do quidem et nostros de quibus pater
conquestus es his quod ordini tuo detrahe-
rent satis quantum potui stilo corri-
pui. et me quoque ab huiusmodi falsa
suspicione purgavi ut debui. Sed
[illegible]
nonnullis de vestris [illegible] in qui-
[illegible] pau-
ca que et vos displicere cognovi et
omnibus bonis vitanda esse [illegible]
bito. necessarium reor subiungere
que quidem etsi fieri videntur in
ordine. absit tamen ut sint in or-
dine. Nullus quippe ordo quippiam
recipit inordinatum. Quod
vero inordinatum est. ordo non est.
Unde non adversum ordinem. sed
pro ordine disputare putandus
ero. si non ordinem in hominibus. sed
hominum vitia reprehendero. Et
[illegible]
re molestum me fore non timeo